

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consideracio sui ah  
cum fonte primo

Magnus accessus ad Deum est  
cognicio infirmitatis sue.

Magnus enim accessus ad Deum,  
est cognitio infelicitatis suae.

Auctor incertus (Rufinus Aquileiensis?),  
*Commentarius in LXXV Psalmos*, 6.4  
(PL 21, col.665A).

Locis corpora continentur,  
animi autem locus est affectio sua.

Nam locis corpora continentur,  
animo autem locus est affectio sua.

Auctor incertus (Rufinus Aquileiensis?),  
*Commentarius in LXXV Psalmos*, 6.8  
(PL 21, col.667B).

Magna est utilitas seruo Dei  
propriam infirmitatem recognoscere,  
atque in suis uiribus  
aut meritis nullam fiduciam habere. Tunc  
enim incipit adesse uirtus diuina quando  
deficere incipit presumptio humana.

Magna est utilitas seruo Dei  
propriam infirmitatem recognoscere,  
atque in suis viribus,  
aut meritis nullam fiduciam habere.  
Tunc enim incipit adesse uirtus diuina,  
quando deficere incipit praesumptio humana.

Cassiodorus super illud Psalmi: Miserere  
mei quoniam infirmus sum.

Auctor incertus (Rufinus Aquileiensis?),  
*Commentarius in LXXV Psalmos*, 7.3  
(PL 21, col.669B).